



S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Ladislaus Rex Hung. Oblivio injuriarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. LADISLAUS REX HUNG.

Oblivio injuriarum.

Deus, qui miram S. LADISLAI facilitatem ad injurias condonandas, crebris de hoste victoriis es remuneratus; da, ut nobis illatas obliviscendo, mereamur ipsi veniam delictorum nostrorum illius meritis obtinere.

Ora pro dissidentium reconciliatione,



Stephani sancti, primi apud Hungaros Christiani Regis pronepos LADISLAVS, cum majore natu fratre Geiza, ex Polonia quo confugerat, in patriam rediit, Salomonis Regis, patruelis sui tyrannidem coerciturus, ita volentibus regni ordinibus, Eum ille, victum aliquoties, ad saniora consilia compulit; ac deniq; an. 1074 etiam regimen Geizæ cedere, re ditibus contentum, Geizâ mortuo sub an. 1077, Ladislao corona offerre batur; sed hanc ille patrueli reddere maluisset, si lubrica ejus fides & inconstantia id pati potuissent. Titulo tamen regio abstinuit, quoad ille, cum evocatis in auxilium Chunis prælio victus, desit apparere. Tunc primum se dici Regem passus, perrexit regni fines armis tueri contra barbaros, semper victor; & ditioni suæ Sclavoniam, Croatiâ, Dalmatiamq; adjecit. Tandem, rebus domi pacatis, totus erat in apparando bello Hierosolymitano, sacrae Cruciatæ Dux electus; cum propior Bohemix tumultuantis necessitas illius arma ad se traxit. Sed fines vix attigerat, cum morbo obiit, an. 1096, Varadini sepultus.

Obsecro ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitix qua exerceverunt in te. Gen. 50.